

17
18

2.

3.

4.

5.

6.

1748.

1. Beumann, Gustav Hartwich: De legatis paucis nomine
electio. 2 Sept.

2. Paretz, Joachim Thiel: De iuris patris in conservatio
stacionum sanctissimae rati vel iuris.

3. Körner, Charles Thiel: De familiis conductissimis fisco.
Competentia iuris primis in Saxonia Electorali.

4. Nittelblatt, Nicolai: ... An et quatenus matrimonium
et morganaticam pacto celebatur est? in genere.

5. Pohl, Karl Friedrich: zeigt seiner Sohnes Vorlesungen
in iure recepto von der Verschiedenheit des Begriffs
der Werte: Territorium. - -

6. Pöhl, Joachim Hartwich: Designatio, quod imperatori l. in.
C. de novo jure quicquid tollendum in dominio quicquid
ac bonitatis istud nationes juris in re ad rem loca-
liones instit.

7. Liebenvor, Augustus: *De successione conjugum in bona
constante matrimonio acquisitis* ... inde Biblio-
1749. [Lingendells]
1. Beckmorus, Joannes Samuel Fridericus: *Variatione Recidivis
controversias circa portionem statutoriam conjugum.*
2. Beckmorus, Dr. Samuel Fridericus: *De iteratione tortura
recta vel iurita.*
3. Beckmorus, Joannes Samuel Fridericus: *Opusculis inq. juri-
dico, que legi succedunt connectas et juri justitiae
per normam examinates* ... publice vobis lentes
proponit.
4. Meier, Georgius Fridericus: *De voluntate cum religione
coniuncta.*
- 5^a, b, c. = Reuter, Joannes Heinrich: *De effectu querelae
in officio testamenti iusta ordinem et dicti successo-
rii institutae iuribus non querentis. 3 Tompl.
1749 et 1765.*

6. Stiebitz, Iacobus Triviorum: Dissertationis part. eaque
iamae. primos factos systematicis philosophiae
generalissimae sistens.

7. Unger, Francus Augustus: Discern metaphysics cum
medicina generatione.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE
CURA ASSATORIA,
Von
Der Braten-Cur;

Quam
AUSPICE DEO PROPITIO,
Et Consensu atque Auctoritate Gratiosæ Facultatis Medicæ,
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,
PRÆSIDE

DN. D. MICHAELÉ ALBERTI,

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDE.
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFES.
SORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.

FACULTATIS MEDICÆ SENIORE,
DECANO SUO SPECTATISSIMO,
Domino Patrono, ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,

PRO GRADU DOCTORIS
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE-
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,
ANNO MDCCXLVIII. D. SEPTEMBER.

HORIS LOCOQVE CONVENTIS
PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICET
RESPONDENS

CHRISTIANUS GOTTLÖB DEMIANI,
MUSKAVIA-LUSATUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

DIESE R. LADEN IN DER STADT MAGDEBURG

CURIA ASSISTORIAT

1653

ANNO 1653. DEC. 20.

LIBRARIUS

DOCTRINAE

ACADEMIA MAGDEBVRGENSIS

LIBRARIUS





PROOEMIUM.



Curationes Medicas multiplicibus modis & speciebus discrepare, lippis & tonsoribus cognitum est, id saltim hoc loco significare & attentioni commendare placet, quod illæ etiam differant respectu partium, temporum & remediorum; hinc apud antiquas & exteras gentes medici pro varietate morborum quoad species discreti fuerant, ut, quia vita breuis, ars vero longa est, medici longioram moram & opportunam magis occasionem nanciscantur, cognitioni cuiuslibet morbi assiduam & constantem impendere operam. Quemadmodum enim quælibet pars proprio interdum laborat morbo, velut morbi capitis, oculorum, aurium, cordis, pulmonum, ventriculi &c. ita diversimode curæ, eo-

A 2

rum

rum institui debent: sic discrepant curæ, quoad materias medicamentosas earumque præparationes, hinc innouere Galenica & chymicæ medicaciones, per simplicia & composita, per artificialia & naturalia, per contraria & similia, per domestica & arte facta, per diætetica & pharmaceutica, per Lac & Serum Laetis, cum aquis soteriis, avena, viperis &c. Milch-Cur, Molken-Cur, Brunnen- und Bad-Cur, Haber-Cur, Vipern-Cur. Si ex omnibus saltim, solius ventriculi considerationem instituimus, tunc variæ morbosæ afflictiones & anxietates, velut e lerna malorum, originem inde ducunt; quæ incommoda a sola ciborum ingestione proveniant, ab antiquissimis temporibus indicatum & deploratum prostat; hinc SENECA Epist. 21. inquit: *Venter præcepta non audit, poscit, appellat; non est tamen molestus creditor, parvo dimittitur; si modo das illi, quod debet, non quod potes: & porro Epist. 95. immunes erant a tot morbis, qui nondum se delicias solverant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant - - simplex erat ex simplici causa valetudo; multos morbos multa fercula fecerunt; vide quantum rerum per unam gulam transiturarum permisceat luxuria, terrarum marisque vastatrix - - innumerabiles esse morbos miraris; coquos numera: ob id viribus, legibus & ordinibus naturæ nemo vim inferat, ne autochiræ culpam, speciem & maculam sibi contrahat; siquidem non arduum & grave opus est, ut comedatione & computatione multi præmaturam & acceleratam mortem sibi causentur: nam parvo natura contenta vere dixit*

xit CICERO Lib. II. de fin. c. 28. id circa disce paucis
 esse contentus monuerunt ELEIANUS hisp. var. Lib.
 IV. c. 13. STOBÆUS Serm. XVII. Plurimi igitur
 homines ventri serviunt, & magis gustui satisfacere,
 quam de utilitate & necessitate judicare gestiunt,
 quos non selectus, sed varietas & satietas afficit & de-
 lectat, non attendentes, quod saepe mors in olla late-
 at: aut quod HOMERUS Iliad. XIX. professus est:
 non vivendi modo, sed & moriendi viaticum esse nu-
 trimentum, aut quod PLUTARCHUS in Conviv.
 Sapient. VII. afferuit: majoris laboris esse ingestum
 consumere & dissipare, quam comparare alimentum.
 Quemadmodum porro inquietæ, speculabundæ &
 luxuriosæ mentis occupatio est, ut semper aliquid
 novi inveniat, inde autem saepe aliorum marsupia
 mulgeat, ita non solum quoad amictum, sed & quo-
 ad victum & potum semper novæ excogitantur con-
 suetudines: quare ISIDORUS Pelusiota L. II. ep. 57.
 exclamat: corpus alimento non deliciis, paucitate non
 saturitate, sufficientia, non magnificentia sumptuum
 que profusione opus habet: illæ enim & animo & cor-
 pori utilitatem afferunt, ut quæ & sanitatem & ro-
 bur & optimam habitudinem concilient: haec autem
 utrique parti obsumunt: neque enim dantaxat sanitatem
 labefificant, verum etiam graues morbos parturunt.
 Etenim non modo cibi pretiosi, deliciosi, luxuriosi
 & opipari noxam & perniciem minantur, sed etiam
 intemperantia, ingluvias & voracitas sanitati valde
 officiant, dum nonnulli velut equus carrucarius gu-
 losi & insatiabiles sunt. Sicut etiam diæta simplex

A 3

&

& moderata a primis mundi temporibus commen-
data & approbata fuit, ita de contraria vietitandi ra-
tione BARTHOLINUS sententia disseritque tract. de
sangu. vetito p. 53. Deus hominum conditor cibum &
potum pro incolumente non deliciis, largitus est; cu-
jus hoc dedit indicium, quod parvo temporis voluptas
eduliorum sentiatur, brevissimo, scil. inter deglutien-
dum; & in Medic. Danor. domest. dissert. 9. p. 396. In
gluvies omnium morborum mater est; & ciborum
satietas nimia onerat ventriculum, excrementis fo-
menta suggestit & universum corpus torpidum reddit:
hoc verissimum testimonium suo nutu comprobat
PAULLINI Cent. 1. obs. 85. p. 107. Ingluvies omnium
morborum matrix & nutritrix & elegans vitæ brevio-
ris compendium: Sic benignissimus Creator homi-
num necessitati & utilitati varia condidit & destinavit,
quæ eorum sanitari, conservationi & alimoniaz inser-
viunt, adeo ut nec in speciebus materiarum nutriti-
varum & esculentarum, nec in modo præparationis
ullus unquam defectus extiterit: hominum autem
malitiosus & perniciosus luxus semper justissimum
ordinem divinum turbauit, immutavit, reformativit,
inde autem justo judicio innumeros sibi contraxit
morbos, quare Clem. ALEXANDRINUS Lib. II.
Pædag. c. 1. ii. inquit: qui ad luxum mensarum propensi
sunt & suos sibi morbos enutriunt præst *demon bel-*
llo maximus; porro: Antiphanes, Delius medicus,
vel unam dixit esse morborum causam, ciborum
varietatem: sicut HELMONTIUS in *Jure Duum-*
viratus ventriculum præcipue, præter Lienem (quo
aliqui

aliqui intestinum duodenum referunt) utpote son-
tem, officinam & laboratorium morborum fere o-
mnium accusant; De veteribus referunt A THE-
NÆUS Lib.1. Deipnosoph. c.9. SALMASIUS innot.
in Flav. Vopiscum p.419. BISCIOLA Lib.9. H.S. c.10.
DAUXETUS in Lib. XI. Silic. p.448. Hier. MER-
CURIAL. Var. Leet. Lib. 4. c.17. in art. Gymnas. L.1.
c.11. Aldus MANUTIUS, Pauli filius Lib.1. de qua-
sit. per Epist. ep. 4. BRUYERINUS de re cibar. L.3.
c.1. p.126. quod quater per diem cibum ingeserint:
videlicet matutina jentatione, quam prandiculum
vocabant, dein prandio, postea cena, denique com-
missione: & ne inter prandium & cenam nihil e-
gisse videantur, addiderunt quintum tempus inter
meridiem & cenam & vocarunt merendam, siue ci-
bum pomeridianum, postprandium, prandium se-
cundum, anticenitum juxta Isidorum est, qui decli-
nante die sumitur cibus: concedebant autem vete-
res quinques cibum sumere pueris, qui largiori ad
corporis augmentum utuntur nutrimento, opifici-
bus, servis, viatoribus, qui durioribus laboribus, mul-
ta in vitali cœconomia consumunt, ideo multa repa-
ratura indigent: reliqui autem homines liberaliter
educati, semel tantum, aut plurimum bis comedeban-
t. Ast omne etiam nimium veritur in vitium.
Nec solum copia, quantitate & repetitione in assu-
rando vietu vitium committi potest, sed etiam modo &
præparatione variabili; hinc variae inventio-
nes in elixatione & assatura ciborum constant: quo-
nam vero Diæta & ciborum coctio atque assatio va-

riante

riante usu nunc commodum, nunc incommodum, nunc alimentum, nunc medicamentum, nunc sanitatis præsidium, nunc morborum lenocinium & stimulum constituit, ita in amplissima, maximeque utili contemplatione saltim hoc loco specialissimam hanc disquisitionem feligere & paululum ventilare placet, ut præsenti Specimine Inaugurali de CURA ASSATORIA paucis agamus & differamus. Rogamus igitur cœlestem eumque optimum aetionum & cœptuum nostrorum moderatorem, ut huic præsenti opellæ bonos & exoptatos largiatur successus.

§. I.

DE varia consuetudine apponendi & usurpandi carnes apud veteres inter alia BRUYERINUS l.c. Lib. 2. cap. 3. p. 68. 69. ita scribit: *Possidoniū Stoicus ap. Athenaeū sribit: Gallos in cenis & cibis suis pane parciōriusos, carnibus vero liberalissime, cum in aqua elixis & coctis, tum verubus affatis & carbonibus tostis, quem morem retinuisse video, etenim mire delectantur carnibus sic coctis. Qui enim nitidiores existinuantur, maxime carbone tostis capiuntur, ea frusta carbonarias vocantes & porro: c. 6. p. 124. 125. Agamemnon donavit Nestorem Phœnicemque affis carnibus. Quin etiam Menelaus filiorum nuptias celebrans mensas iis instruxit.* Inde liquet & alios in elixis, alios in affis carnibus delicias & oblectamentum quæsivisse. Dum in præsentiarum de Cura Assatoria agere constituimus, paucis indicabimus, quid hoc argumento intelligi, accipi & tracta-

tractari velimus: videlicet quod in nonnullis subjectis & casibus morboſis carnis affatæ congrua comedio medicam quandam opem conciliet. Quemadmodum enim sub perita ordinatione ſatis ſepe cibi non ſolum alimentosam, ſed etiam medicamentosam vim habent, ita in nonnullis caſibus carnes, per species diſcretæ, deinde hic elixa, alibi affatæ magis conducent. Aſt hęc Cura präſentis thematis, non abſoluta & que minus eſt, ac ad completas, plenarias & totales curationes communiter varia consilia & auxilia requiruntur: hinc diatetica talia media completam curam adjuvant & ex parte quadam reniūt conſtituant, atque completam reddunt. Aſſa igitur Criticis dicitur ſola, nuda affectio aut prædicatio, ut & ſicca, hinc relativo & mutuatitio ſignificat ad veſicula ſicca, ad id quod toſtum & aridum eſt, in quo nihil liquidi relictum, applicata conſtat. BOCHART. in Hierozoic. Part. Prior. L. 2. c. 5. hinc HOFFMANNUS in Lexico tit. Aſſa, Aſſatio explicat: aſſa caro, eſt simplicifimus modus coquendi, ubi nec olla, nec aqua, nec ullo alieni ſaporis condimento opus eſt. Modus coquendi antiquissimus eſt, ut ex Homero apparet, qui Diis ſuis nunquam elixas, ſed aſſas ſolum apponit: imo jam longe ante ipsum Deus Moſi præcepit, ut agnus Paſchalis aſſaretur ad ignem Exod. XII, 9. idem & simplicifimus eſt, cum ſolo igne ſine ullo ſaporis alieni condimento, aut olla aquaque peragatur, unde veterum voce aſſam carnem i. e. ſolam di-ctam fuiffe conſtat. Porro robustiora corpora efficit, & minus temporis requirit, quam elixatio: unde ap. HOMERUM Iliad. omnia aſſata afferens apposuit Ulyſſ. Inde liqueſt, ob varias rationes veteres aſſas carnes in majori exiſtimatione habuiffe, quaſi Diis magis grati & ſuaves, hominibus

B bus

bus autem magis commodi & utiles existant: quare modus parandi cibum elixatione s. coctione cum aqua recentior assatura est: hinc Alex. ab ALEXANDRO Genial. dicitur. Lib. 4. c. 17. refert, quod in epulis sacrificialibus gentilium caro perpetuo tosta vel affa fuerit, excepta arietina, que elixatur: & SALMASIUS ad Vopiscum in Aureliano c. 50. recenset: Veteres in prandio elixa, in cena omnia affa apponiti consueverant. Ita enim affatae carnes ventriculum facilius firmiusve satiant, concoctionem vivacem ac vegetam postulant, roborando corpori magis inseruiunt, hinc communiter appetitus ad easdem ardenter fertur & uppl. coqui & coquae de bono & grato affato ciriis & avidius interrogantur, quam de elixo: inde ab iis, qui ventri indulgent serviuntque, dies affatorum, quos bratibiles vocant, pluris aestimantur, quam reliqui: hinc HOMERUS Iliad. XIX. v. 160. canit: *haec sunt ventri stabilimenta, pane & affa bubula: ubi pane, ut apud PLAUTUM Circulo II. 3. 88. in neutro genere ponitur.* Quemadmodum etiam antiquius affaturae & assationes simplicioribus praeparationibus ciborum adscripta fuerant, ita de illis valer, quod AUSONIUS ap. Stobaeum Scrm. XVIII. p. 167. elocutus est: *licet tum momentanea sit ista glutendi suavitatis, infinita tamen olsonia exigitavit.* Maria navigantur ad ultima usque littora; Majus studium coquis, quam agricolis impenditur: aliqui tota praedia conviviorum apparatu consumunt. Annon hoc miserrimum est? prae. cum nihil utilitatis corpori accedat ex tam sumptuosa dapium structura. Omnino enim contraria ratione qui communissimis cibis untuntur, robustissimi sunt.

§. II.

Assata igitur & Elixa quoad speciem præparationis Carnium distinguntur: *Affatio* est illa præparatio, qua carnes esculentæ externo ignis calore, ut plurimum *siccō* modo, successive uruntur & torrentur; ut extrinsecus aridiores, intrinsecus succulentiores evadant: sic enim SEN-NERTUS in Epitom. Physic. Lib. 3. c. 4. ad fin. differit: ultima coctionis species est *affatio*: in mixto enim humor qui abundat, si a calore siccō externo abfumitur & temperatur, affatio fieri dicitur. Sunt autem affa extra quidem *siccā*, iuxta vero humida, humiditate propria, ipsisque elixis humidiora. Nam calor siccus externas partes deficcat porosque coarctat, ut humor interno egressus non pateat. *Affatio* vero & *elixatio* præcipue sunt: hoc siccō ignis æstu carnes adhuc extrinsecus humidæ & membranis suis inclusæ exsiccantur, incrustantur & condensantur, ut parum de propria sua humiditate exhalarē possit, quæ magis introrsum pulsā, retroacta & repercutta, illoco substantiam carnis hac humiditate coquit, eliquat & emolilit, superficie manente illico hac propria naturali humiditate *gelatinosa*, unde tales carnes *sapidiores*, *succulentiores*, efficaciores magisque *roborantes* aestimantur: sicut coqui artifices gallinas, capones, anates, carnes alias esculentas in *occlusa*, aut conglutinata olla absque *aliero* & externo liquore vel jure sub cineribus calidis, aur in clibano pistorio, aut assatorio culinari propria sua naturali humiditate lente sensimque torrent & meliores magisque gratas, deliciosas & confortantes esse judicant & affirmant: hinc Critici asserunt, quod Assum *afsimandū* sit, ubi in opsiis fine pigmento saporis alieni cibi parantur & affa caro

sit, quæ sola sine juscule ad ignem torreatur & mollitur:
vid. GESNERUS in Thesaur. Lingv. Lat. tit. Assum. Ad
 differentiam porro elixorum & assitorum inculcandam,
hæc SEBIZIUS de aliment. facult. L. 3. c. 2. p. 574-575. pro-
 fert: proprio nativoque humore in externis partibus ea,
 quæ assantur humidiora sunt; in exterioribus autem sic-
 ciora. Igneus namque calor illis est vicinus: quare humi-
 ditatem extrinsecam absorbet, crustamque inducit, tanquam
 aliquod operculum, quod postea illius penetrationem arcit,
 interiorumque humiditatem tuctur, ne foras rapiatur, aut
 consumatur prorsus: hinc citius & facilius digeruntur eli-
 xa, quam assa: ratio est, quia molliora & humidiora, si
 non humiditate propria & nativa, saltem adventitia &
 aliena, quam ab humore in quo elixa fuerunt, acquisiver-
 runt. Assa contra duriora sunt & sicciora, si non per to-
 ta, saltem forinsecus, quoniam a secco calore quasi toha.
 Ideo medici quidam, de salubritate alimentorum solliciti,
 præceperant animalia sicciora duriora, densiora & anno-
 floria elixanda; molliora, laxiora, humidiora & juniora po-
 tius assanda esse, ut discretae hominum temperaturæ & cor-
 poris constitutioni quadrent: referente SEBIZIO loc. cit.
p. 575. sq. a secco calore siccitas, ab humido vero humiditas
 in carnes inducitur. Atque hæc causa est, quod carnes
 quæ siccioris sunt temperamenti, quales sunt bubulae, non
 assimus, quoniam duriores siccioresque evaderent, sed po-
 tius elixemus, ut sint humidiores. Contra agninas, be-
 dinas, vitulinas & porcellorum assimus, quo redundans bu-
 mor vi affectionis consumatur, conf. DEODAT. Pantb. hy-
 giast. Lib. 1. c. 32. CASTELLANUS de eſu carn. Lib. 1. cap. 7.
 Sed dum de elixis nobis hoc themate non principalis fer-

mo

mo est, ideo paucis saltim indicamus *Elixia* comprehen-
dere illum modum præparandi carnes, quo extrinsecus af-
fusa aqua decoquuntur, indeque molliuntur, macerantur,
humectantur, relaxantur, unde gelatinosa, lubrica, pinguis
naturalis substantia extrahitur, eliquatur & in aquam af-
fusam, nunc una decoctam, excipitur & miscetur, quæ
postea *jus carnis* constituit: hinc *elixia* dicuntur, quæ *in*
& *cum aqua* coquuntur, inde decocta & juscule confici-
untur: ob id *Fesus elixa a liquore*, alii *a lixa i. e. aqua* de-
rivant & nominant *Rochen ex xoxos* i. e. aqua. vid. MAR-
TINI in Lexic. Philolog. & Petrus CASTELLANUS de *ſu*
carnium p. 76. Assum vicissim aliqui cum ISIDORO L. 20.
c. 2. quasi *arsum* ab *ardeo* vocant: GESNERUS vero in
thes. LL. tit. *Affus* de Nonno refert: *assum opsonium* s.
carnem, simpliciter, nulla re, ne aqua quidem *affusa*, solo
igne coctam, significat: addit porro: neque audiendus est
ISIDORUS loc. cit. *assum*, quod ardeat, quasi *arsum*: neque
VARRO de L. L. 4. 22. p. 28. dictum *assum*, quasi ab igne *as-*
sudescit. Germani vocari Braten: MARTINUS derivat a
negrādēv more Dorico pro *negrādēv*, urere, incendere, arde-
re, inflammare. vid. Fodoc. WILLICHIIUS in arte magiri-
ca s. coquinaria p. 45.

§. III.

Assatae igitur carnes ab antiquissimis temporibus
suis gaudent laudibus, præconis & commendationibus,
hinc SERVIUS in Comm. in Lib. 1. Æneid. Virgili inquir,
quod Heroicis temporibus carne non vescerentur *elixia*,
quasi apud *assam* carnem animus magis exultet & bilari-
tati ac jucundirati se committat, beym Braten macht man
sich lustig, quippe festo bratibili: hinc PLATO de Republ.

*Lib. 4. hanc, videlicet assationis, parandi rationem priscis & heroicis familiarem reddit ipsa facilitas: minimum enim operosa est, solo igne peragitur, nec veru deesse potest, ubi igni fruendo materia suppetit. In Medicorum vero scholis quæstio illa proponitur, an assæ carnes elixis sint salubriores. Communis quidem medicorum consentiens sententia eaque veritati consona est, quod elixa sint bumidiora, molliora, teneriora, mobiliora, laxiora magisque lubrica, ut & facilius digeri, ventriculum & intestina magis humectare & emollire, porro citius digesta aliorum transferri & facilius in succum & sanguinem converti queant soleantque: ast quoniam ex ipsis coctione mediante aqua pars nobilior, propria, genuina, congenita, substantifica extrahitur, ideo eadem comparate parciorrem, minusque saturatam & consistentem materiam alienosam continere; hinc CASTELLUS*i.e.* judicat: Elixa non multum proprii humoris retinent, sed imbuuntur alieno, qui in superficie magis consistit, (& uti Arnold. VILLANOVANUS de esa carnium ait: jura adipata admodumque pinguia efficiunt.) Assis autem plerumque crignis crusta obducitur, qua humor intro coactus expirare probabitur; unde fit, ut in proprio bumido coquantur, eorumque partes interiores optimo succo referantur, atque ideo laudabiliores habeantur. Ast cum non indiscretim de salubribus & insalubribus judicandum sit, sed semper justa relatio ad individua, quoad conciliationem causarum naturalium institui debeat: (huc quadrat, quod HIPPOCRAT. lib. de alimento profitetur: *omnia mala & bona ad aliquid referuntur & quod effatum SEBIZIUS loc. cit. p. 576. illustrat: nihil simpliciter & absolute vel bonum & salubre, vel malum**

malum & insalubre pronunciandum, sed cum limitatione
 certoque modo: idque propter varietatem circumstantia-
 rum & p. 575. cum affa elixis suo modo sicciora sint, scil.
 secundum partes exteriores; elixa contra humidiora sint
 foris, intus etiam, si de extraneis loquaris humiditate ma-
 nifestum est, cum diversis sint qualitatibus praedita, etiam
 diversos illorum esse effectus, diversamque rationem, conf.
 HEURNIUS Institut. Med. Lib. 7. cap. 3. BLANCARD. instit.
 med. Part. 3. c. 8. hinc elixa & affa sanis & agris pro va-
 rietate subjectorum, qualitatum & circumstantiarum aut
 imperita aut perita ordinatione vel prodeesse, vel obesse
 posse: existimamus igitur & judicamus, quod elixa & af-
 fa nunc magis, alibi minus conducant, & analogam que-
 stionem involveret disquisitio, an humida an secca, an lar-
 giter alimentosa, an parce nutritia, an eupepta, an dys-
 pepta indiscriminatim omnibus aut proficiant, aut offici-
 ent: vid. HUCHERUS in oratione an cibi coctiles magis
 salubres, & HUMMELBERGER in annot. in Apitium Cae-
 lium: quam ob rem minus a partibus CAMERARII stamus,
 qui in Syllog. memorab. Cent. XII. part. 26. ita sentir: quor-
 sum tot ambages? Ego enim parum interesse puto, in eo-
 dem genere carnis affane, an elixa comedatur. Aut cer-
 te, si aliquod discribem ista coctionis diversitas faciat, illud
 est exiguum, nec tanti, ut impedimento esse possit, quo mi-
 nus electio sani hominis appetitu ac gustui relinquatur.
 Tamen si quis in re levis momenti hunc sibi scrupulum quo-
 que exemptum cupiat, iis potius assentiendum puto, qui af-
 fa sicciora elixis esse affirmant. Præter necessitatem igitur
 multum disceptarunt, an elixa carnes absolute affis-
 intuitu salubritatis præferri mereantur & an illæ præ his
humis

humidiores sint, siquidem vel coquorum famulis & cini-
flonibus constat, quod carnes, præcipue juniorum ani-
malium, paulo *dintius* coctæ in *pultaceam* massam delique-
scant. Talem medicorum dissensum, quoad modo indi-
catam qualitatem & differentiam præparationis carnium
ampliori discursu significavit SCHNEIDERUS *Lib. V. de*
Catarrhis c. 2. p. 37. seq. Huc etiam pertinet, quod pro
meliori salubritate concilianda carnes, imprimis *vetusto-*
rum animalium, aut quæ *durioris* & *densioris* consisten-
tiæ, aut structuræ sunt, vel in *aceto*, velut *muria*, mace-
rentur, aut contundantur, ut fibræ *laxiores* reddantur &
emollientur, ideoque *calor percussas* tales carnes melius
penetrare & *intimius* *assare* queat: v. SEBIZIUS *de alim.*
facult. Lib. V. f. 85. p. 1429. KEKERMANNUS *Car. p. bilo.*
diss. 9. probl. 12. quem modum coqui cum vervecis coxa
& femore servare solent.

§. IV.

Nunc in ordine præsentis tractationis indicabimus,
quibus *Subjectis sanis* pro *tuenda* *sanitate* & *aegrис certis*,
qui *alimenta assumere* & *tolerare* adhuc possunt, ut ad per-
ferendos & superandos morbos habiles fiant, carnes *assæ*
præ elixis magis convenient, ut inde etiam *utrisque me-*
dicus usus promitti queat: Ex prædictis igitur constat,
quod carnes *coctæ*, aut *elixæ* ab *affusione aquæ* mediante
calore & *decoctione humidiores*, *succulentiores* & *mollio-*
res sint, de quibus SEBIZIUS *loc. cit. p. 576.* & ex eodem
SCHNEIDERUS *l. all. p. 43.* judicant: *competunt elixæ car-*
nes illis, qui sunt *ad bac in incremento corporis*, ideoque
molliori, *mobiliori* & *liquidiori* nutrimento indigent, quo-
rum *structura* in *juniori ætate laxior, tenuior, mollior &*
flexi-

flexilior est: qui *siccō* sunt *temperamento* *prædicti*, adeo-
que *sufficientem humectationem* requirunt, qui *calidis sic-*
cisque laborant ægritudinibus, in quibus *necessaria humi-*
ditas pro fluidis & solidis partibus magis dissipatur facil-
usve deficit: præsertim in regionibus annique temporibus
calidis atque siccis, ubi ex naturali *necessitate sufficiens*
humectatio proficia est, quam calor magis consumit at-
que dissipat, *denique quibus alvus est adstringa ob rigidi-*
tatem & siccitatem fibrarum, tunicarum, nec non ob par-
ciores emolitionem & humectationem ac siccitatem, len-
torem & duritiam fæcum alvinarum. Exinde vero faci-
le ab elixis ad assūtum assumere & quasi contraria relatione
concludere licet: quo pertinet quod idem SEBIZIUS ib.
ex adverso sentit: *elix & carnes minus convenient iis, qui-*
bus alvus multum fuit, quique humidis frigidisque tenen-
tur affectibus: Quando igitur Cura assatoria, aut medicus
usus cum *assatis carnibus* instituitur, tunc supponuntur
talia Subiecta valerudinaria, quibus *appetitus non plane*
prostrarus est, sed quibus *diætética media* ad reparandam
& confirmandam sanitatem ordinari possunt, quæ non *spe-*
ciali aduersatione & nausea carnium esum prosequuntur &
fastidunt; quæ adhuc *modicum carnium esum & usum to-*
lerant, quæ non morbo, *præcipue imbecillitate, ventriculi*
laborant; quæ non *valde* facilia ad vomendum sunt; quæ
non *præternaturali, eoque impr. excessivo & valde ominoso*
vomitu fatigantur; quæ de *temperamento siccō & strigo,*
velut melancholico & cholericō nimium participant, qui-
bus assita, quippe sicciora, minus, quam elixa conducunt:
quæ porro *sanguinem spissiorem continent, quibus chylus,*
ex assatis prodiens, saturatior, consistentior & pinguior ac-

C

cedit,

cedit, unde sanguinem similium qualitatum obtinent, ein
 schwehres, dices, settes Blut: quæ a sanguinis molesta &
 suspecta plenitudine varia morbos patiuntur incommoda:
 quibus affæ carnes ob largius nutrimentum præjudicio-
 sum augmentum abundantis modo sanguinis præbent;
 quibus propterea magis abstinentia & jejunium commen-
 dandum est, die Hunger-Cur, cui opponitur die Braten-
 Cur, i. e. Cura Saginatoria & pinguefactoria, die Mast-Cur,
 huc spectant & referri debent Subjecta quæ duris, densis,
 & consistentibus alimentis adsueta sunt, velut sunt incolæ
 regionum borealium & maritimorum, die Hart-See- und
 Nordländer, ad differentiam aliarum nationum, quarum
 inquilini & coloni molliori, teneriori & magis luxurioso
 fruuntur viatu, qui duriorem ægri perferunt, sicut illi qui
 hunc male digerunt, welche nicht wiederhalten, sättigen
 und Nahrung geben, sondern bald aus den Magen, Kallau-
 nen und Leib rutschen; huc pertinent Subjecta, quibus affæ
 carnes magis conveniunt, quæ non otis, ignavæ, seden-
 tariae vitae & laborum rædio ac fugæ inhærent; de qui-
 bus BARTHOLINUS in Medicina Danor. domst. differt. &
 p. 292. inquit: mollium alimentum hominibus otiosis, seni-
 bus, imbecillibus & ægrotis accommodatissimum est, quive-
 ro corpus exercent, cibos postulant firmiores. Exercitatio-
 ne enim calor augetur, qui nisi dura alimenta occurvant,
 in proprium buniudum sœvit: hinc videmus messores nostros
 & tritores, nisi durissimis cibis patientur, labori esse impa-
 res. Huic choro Subjectorum annumeranda ea sunt, quæ
 non spissa, viscida & tenaci lympha laborant, neque ejus-
 modi morbis afflidunt, qui ab hac causa proueniunt, nec
 ea subjecta, quæ variis stagnationibus humorum, infarcti-
 bus

bus viscerum, cruciatibus hypochondriacis, aliis adstrictio-
nibus & exsiccationibus, urinæ retentionibus obnoxia
sunt.

§. V.

In indaganda & indicanda hac *relatione affatarum* carnium ad diversa *Subjecta*, quibus illæ salubres & medicamenta esse possunt, non silentio prætereundi sunt medici, comparate antiqui, qui de ARISTOTELIS asserto pro-
 bl. 5. p. Scđ. prima, quod carnes affæ humidiores sint elixis dissentire & controversiam movere solent, quam contrarietatem P. SORBAIT in *Ithag. Med. IV.* c. ult. obf. 6. qu. 2.
 ita componere & inter se conciliare studet: carnes videlicet affæ esse humidiores humiditate propria; elixas vero aliena: bac siquidem per elixionem acquiritur & propria in juscum deponitur: hinc diurna fortisque coctio carnes adeo infatuare & infipidas reddere solet, ut tedium nau-
 seamque causetur; ex qua causa nobis videtur VERULAMI-
 US in *Histor. Vitæ & Mortis* p. 549. affatorum dignitatem & utilitatem præ elixis tueri: aff utraque pro diversitate Subjectorum nunc magis, nunc minus conducunt, quare affata alimenta bonum appetitum, robustum ventriculum, facilem digestionum, liberasque excretiones requirunt; quæ affectiones in nonnullis valetudinariis, certo gradu adhuc præsentes, conferri & cijudicari debent. Quare Subjecta quæ facile & ventriculo & lenta atque secunda alvi excretione alias morbosas molestias patiuntur, velut cardi- algiam, asthma, palpitationem cordis, vertiginem, cephalalgiam, visus obnubilationem, singultum, anxiū conatum vomendi, angustioriam oppressionem pectoris, præpara- ratoria ad haemoptysin &c. iis frequens & largus usus as-

satorum haud commodus & salubris est: id quod etiam *Constantinus Africanus* in *Opp. Lib. I.* de *victus ratione variorum morborum testatus* est. Quæcunque Subjecta ratione temperamenti aliarumque conspirantium causarum in *polyposa* concrementa inclinant, iis etiam *victus assatus crassorem* & largiorem chylum præbens, non æque ac elixus, qui temperatior, fluidior & mobilior est, salubris existit. Quibuscumque Subjectis *Sanguis plenitudine sua urgens* & molestus ad *spontaneam imminutio-*
nem difficuler pervenit, velut in *haemorrhoidariis* & menstruatibus, illis *liberalior afflatorum* *comestio haud utilis* est, quoniam sanguinem alias nunc *superfluum magis auger*, subinde etiam in *spissorem* *consistentiam redigit*. Quæcunque Subjecta in *Spasmos* inclinant, iis præter alias etiam ex *bac ratione crebrior* & *uberior* eius *afflatorum ob id minus commodus* est, quia massam sanguinis *accumulat* & ad *sufficientem motum ac circuitum*, ut & *promptam secretoriam depurationem* *quadantenus ineptam addit*: minus vero cum *VALENTINI diss. Epist. p. 202.* *consentimus*, qui propterea *affas carnes artbriticis insalubres esse*, & ad eam disponere arbitratur, quasi *sub affatione igneas, sulphureas & aquæ forti similes* particulas assumant, quæ dein *vellicante irritamento* ad tales *dolorificas stricturas* allicerent; cum rectius sub atroci *artbritico* cruciatu ventriculus *imbecillior* & ad duriores *assatas carnes digerendas* *inceptor fiat*; hinc suspectæ generantur *cruditates*, quæ *ventriculo & primis viis molestiam causantur*, adeoque *intemperiem sanguinis augent* & ad *spastica illa tormenta eminus calcar stimulumque addunt*: quam obrem *GRATAROLUS de litterat. Valetud.*

p. 152.

p. 152. moner: quod in assis interiores carnes potius comedendae sint, quam exteriores, quoniam meliores humiditates intus colliguntur: & sicut vossius judicat: quod assae melius, quam elixæ nutriant, quibus, quippe secioribus plus olei inest, elixis vero, uti humidioribus, plus aquæ, pinguiorem vero humorem magis spiritum innatum detinere: conf. BEHRNS in Select. diet. Sect. 2. c. 8. f. 13. p. 156. sq. ubi addit pro suavitate talium carnium commendanda: Veru ligno juniperino carnes assatae, quæ in eo torrentur, odore juendo eas afficit. Caro vero assata omnis tunc optima est, cum optime olet; odor enim saporis indicium est: hinc varii homines odore assatorum resciuntur: spectat huc sententia MEYRERI in Meteorologia p. 329. nidor est excita ta e pinguis rebus per calorem exspiratio, cui plusulum humoris aërei & pinguis inest, dici putant nidorem, quasi nimum odorem ein guter Rauch, ein fetter Jahrkuchen Rauch: accedit locutio MARTIALIS Lib. I. epigr. 93. nidor culimæ, ein Kuchen-Geruch & LINDENIUS Exerc. XIII. f. 283. disserit: nidor grammaticis est odor nidens s. redolens adiunctionem: conf. Lexic. Castellian. a quibus Subiectis, quorum varias qualitates recensuimus, quæ ad Curam assatori am apta declarari possunt, tamen ea distinguenda sunt, quæ per antipathiam assas carnes calidas tolerare nequeunt, qualem historiam commemorat BIERLINGIUS in A. N. C. Dec. I. an. 2. obs. 207. p. 309. Et sub hac circumspetta & perita Subjectorum discretione assatae carnes ad Curam diæteticam referri possunt, atque alimenta medicamentosa evadunt: de quibus Ludov. NONNIUS Lib. I. c. I. pag. 3. dicit: alimenta medicamentosa dicuntur, alimenta quidem, quatenus in corporis nostri substantiam familiari

Jucco commutantur : medicamentosa vero, quatenus instar medicamentorum alterant & immutant.

§. 6 VI.

Quando Cura *assatoria* species curæ *dæteticæ* est, ita ex præmissis nunc ordo postulat, ut indicemus in quo morboſo ſtu cibis *affatus* ſalubritatem quandam promittat, quando nim. valetudinarii ab aliementis non omnimode abſtinent, nec eadem plane *affidunt*, nec appetitu nimium proſtrato laborant, nec magnam ventriculi imbecillitatem patiuntur, nec ſumma virium jaſtura affecti ſunt, ſed curatorio etiam ſcopo cum *dæteticis*, quibusdam adminiculis ſublevari poſſunt: quare in genere cibi *affati* conduceunt in illis caſibus, ubi majori nutrimento & promptiori virium refectione opus eſt: hoc assertum ſeorsim & ſpeciatim ad illos ægros referendum eſt, qui ob largiorem ſanguinis profuſionem, non ſolum hujus moleſtam penuriam patiuntur, ſed aliquali virium languore laborant, ut ſunt frequentes & effuſæ narium hæmorrhagiae, hæmoptyles, hæmorrhoides, Mensium & Lochiorum fluxus, miſtiones, cruentæ &c. quo pertinet assertum *Zacut. LUSITANI in Prax. Hist. L. 3. c. 9. p. n. 484. Col. 1. D. E. Menſruatæ ſanguinis fluxu laborant, quo excreto corpus debilitatur & vires fatiguntur: maxime ſi largius menſrua erumpunt animo linquuntur, ſi graciles ſunt & extenuatæ.* Hinc ſit, ut cogente neceſſitate id offerendum aliementum, quod magis nutrit & vires cito reficiat! quam prærogativam babere aliementum affum ſirmat AVICENNA 3. 1. doctr. 2. cap. 7. 8. amplius &c. quia propriam humiditatem retinet plus, quam elixum - - ſi experimento hoc conſirms, invenies verum: ex *affo* enim ſive cultello ſcindatur, ſive prematur prelo, plus

plus succi exstillat, quam ex elixo: *Affa* igitur cum sint substantifice humidiora elixis, plus nutrient & humiditatem perditam reficiunt. In quibus casibus autem prospicendum est, ne major ventriculi imbecillitas afforum tolerantiam impedit: ubi vel ab eorum usu tamdiu abstinentium est, donec is robur quoddam acquisivit, vel congrua stomachica vel dietetica, vel pharmaceutica auxilia interposita & adhibita sunt. Proinde autem si quædam Subiecta salutarium quarundam hæmorrhagiarum defectu & suppressione laborant, illis *affa* relative minus proficiunt, quia duriora, concoctu comparate difficultiora, nutriente sua substantia consistentiora, facilius exsiccantia, sanguinis copiam augentia, consistentiam vero illius quadam tenus inspissantia sunt, hinc ad alvi aliarumque partium constringitionem disponunt, earumque hæmorrhagiarum retentio nem magis sustentant & confirmant, quam leniunt & mitigant; quibus etiam tales hæmorrhagiae parcus, impeditius & inordinatus succedunt, iis similiter liberalior auctorum elus incommodus & inconveniens est: idem testatur *Zacut.* LUSIT. l. c. col. 2. C. *Affa* elixis difficultius concoquuntur: & hæc est causa ob quam *GALENUS* 3. aliment. 12. docet, *affa* solum a valido ventriculo concoqui, & cap. 3. ex piscibus, qui tenui alimentum præstant, solum robustis effos concedit: itaque concluso in menstruatis, in quibus menstrua potius ciere, quam coercere est in animo, ut in iis, que menstruas purgationes suppressas habent, vel a partu lochia non recte excernunt, *affa* reprobatur esse, quia difficultius concoquuntur & adstringunt, ob siccitatem ab igne in superficie contractam: *affatio* enim magis siccatur alimentum, AVICENNA l. cit. elixatio vero humectat Galen. 3. alim. 2.

Elixia

Elixia ergo et si minus nutrit, citius per alvum descendunt. Quibus igitur Sanguis magis deficit, quam abundant & qui individuali quadam ratione ad largiorem & faciliorem Sangivificationem proclives hanc sunt, iis sub certa & congrua ordinatione haec cura magis concedi potest, siquidem saturata & pinguis gelatina alimentosa magis ad sagivationem & pinguefactionem contribuit, hinc idem ZACUT. LUSIT. loc. c. inquit: quapropter AVICENNA 7. 4. tract. 4. c. 21. & ARISTOT. 4. meteor. 3. affa commendantur magis ad impinguandum. Ne igitur exsiccans qualitas affatorum, quae accusatur, in variis, etiam presentibus casibus noxam causetur, propterea ROLFINCK. in Ord. & Meth. Med. L. 14. Sect. 1. c. 17. p. 987. judicat: agris nostris commendamus affandus carnes butyro non solum exterioris illitas, verum etiam continuo irrigatas. conf. ISAAC ISRAELITA Libr. diatar. univers. 3rd partie. c. 34.

§. VII.

Quemadmodum porro ad HIPPOCRATIS admonitionem & observationem cibi affuti humidioribus Subjectis magis conducunt, ita in singulis affectibus morbosis e serofa & pituitosa colluvie provenientibus curationi dieteticæ affatoria ea magis adscribi debent: hinc Subjectis, quæ valde Catarrhosis affectibus vexantur, affata magis conducunt, quam observationem ampliori discursu disquirit & ventilat SCHNEIDERUS l.c. p. 37. ubi variorum medicorum dissentientes rationes & assertiones allegat & p. 42. 43. denique concludit & discursum illum hisce verbis oblignat: ex hoc igitur efficitur, affata esse sicciora, & ob eam vim hic magis idonea: cum quo afferto CRATO, BONACOSSUS, BOTALLUS, PAPARELLA &c. consentiunt, caven-

vendo saltim; ne assata sint nimis toſta, aut plane combusta,
quæ potius adstringunt & tenacem alvi occlusionem cau-
ſantur, qualis alteratio catarrhis urplurimum *infensa* est:
pertinet huc effatum Christ. a VEGA de arte medica Lib. 2.
Sect. 3. c. 8. p. n. 168. col. 2. *assa* difficultius coquuntur, di-
guruntur & descendunt: verum valde nutrunt & conſtantius
præbent alimentum; sed ex carnibus, qua in veru affuntur,
ſunt meliores, circumactæ enim probe admodum omni ex
parte parantur: non ſit tamen ignis admodum validas, ne
partes extimæ plus aquo torreantur aut urantur, intimis
crudis manentibus: toſta omni modo ſicciora redduntur &
difficilem admittunt coctionem & ventrem ſſunt & ignis
quandam contrahunt acrimoniam & fastidiosam ac adu-
ſtam amaritudinem. Catarrhos enim nimis fluidos fre-
quentes & diuturnos exſiccare ac refranare adjuvant, in-
ſuper corpus novo alimento reficiunt. Sicut etiam HIP-
POCRATES lib. de alimento ſl. 4. t. 16. 17. dixit: quod in a-
limento medicina optimum & malum, malum vero & opti-
num ad aliquid ſit, i. e. pro variante & relatione, ordina-
tione & uſurpatione, ita idem de *assatis* valet: quicunque
itaque pro ratione educationis, regionis, temperamenti ro-
bustioris, etatis vivacioris, confuetudinis &c. cibos durio-
res & firniiores præ mollioribus appetunt, utpote populi
hyperborei, Dani, Poruſſi, Batavi, Frisi, Pomerani, Polo-
ni, Ruffi, Guestphali, illis cibus *assatus* pro nutritamento, fir-
mamento & robore magis conduceat, quam elixus, quo-
rum appetitus etiam majori volupate in illum magis,
quam in hunc flagrat. Sicut etiam ventres annotante
HIPPOCRATE Sect. 1. apb. 15. hyeme & vere natura calidis-
imi ſunt, his etiam temporibus alimenta plura exhibenda,

D

quoniam

quoniam inundatum calorem majorem habent, insuper nutrimento copioiore indigent, quod etiam CELSUS L. i. c. 21. 23. AEGINETA L. i. c. 53. confirmant, ita HIPPOCR. L. de salubr. viat. rat. ab init. ordinat, ut affa omnia hyeme comedantur, vere autem affa cum elixis commutentur. Præterea in aliis Serosis & pituitosis morbis vietus affatus majorem open promittit, quam alias: huc imprimis referimus hydroponos affectus, in quibus præcipue cavitas abdominis multa tali colluvie lymphæ de pravatae repleta, onerata, similique amurca intestina nimium humectata & emollita sunt, quibus cibus affatus modice ingestus, nunc etiam digestus, consistentia sua comparate sicciori aut glutinosa non æque inconveniens & molestus est, ac humidus vel elixus: ideo in diro tali morbo plurimi medici abstinentiam a liquidis injungunt: ob id alimenta affata diutius in intestinorum canali morantur, nec tam cito, sicut humida elabuntur, quare plenius & certius nutritivam & roborantem suam partem corpori ægrotanti largiuntur; spectat hoc consilium SEBIZII I. c. p. 576. elixæ carnes minus convenient iis, quibus alvus multum fluit, quique humidis frigidisque affectibus, ut Hydrope & distillationibus: his enim siccæ sunt salubriores. Unde HIPPOCRAT. aphor. 59. Sect. 7. corporibus humida carne præditis siccantia præscribit & proiu etiam affa: idem etiam Dav. LIPSIUS, RONDELETIUS, PLATERUS, SENNERTUS & plurimi relique medici, ubi de dieta in Hydrope agunt, affa elixis præferunt, modo ventriculo alterante ope roborante aut stomachico auxilio succurratur. Et sicut popularis accusatio nonnullorum hominum, qui valde phlegmatici temperamenti sunt, dass sie flüssiger, feuchter, kalter Natur sind, qui

qui præterea famelico avidoque appetitu prædicti sunt, frigidos, tumorosos effectus iis tribuit, ita in ordinanda cura dietetica cibi assati exsiccante, roboranre, nutritore & leniter adstringente scopo illis magis prosunt. Hæc annotatio igitur referenda & concilianda est cum infectione scabiosu humida, cum ulceribus manantibus, tumoribus edematosis, hydrope particulari, crebris secessionibus & defluxionibus serosis catarrhalibus, in quibus singulis vietus assatus præsentem Curam assotoriam ex parte constituit.

§. VIII.

Hæc Cura assatoria illis etiam conductit, qui a progresso multo usu mollium ciborum contra consuetam diatam molestias & incommoda ventriculi provocaverant, velut flatulentiam, cardialgiam, capitis dolores, vertiginem &c. illis perita ordinatione vicissim caro assata medicamentosam efficaciam largitur, quæ melius digeritur, in quam etiam ventriculus individuale & naturale suum robur magis exercere potest: Ea enim est fere omnium hominum personalis qualitas, ut in certo quodam corporis sui uscere & parte, ac æconomie vitalis munere & officio præpollens quoddam robur & proclivitatem contineant, hinc quidam homines ita dicto ardente ventriculo & magna atque robustavi digerendi prædicti sunt, sie haben einen hiesigen Magen, und können leichter, lieber und besser harte als weiche Speisen vertragen, ein gut Stück Braten und Schünken schlägt besser bey ihnen an: hisce igitur Subiectis in quolibet affectu, ubi adhuc appetitu quodam gaudent, assatoria cura utilitatem quandam promittit. Dein eadem Cura locum congruum invenit, in quolibet alvi flu-

xx p. n. sive diarrhoea pituitosa & biliosa, sive dysenterica
 fuerit, hinc HIPPOCRATES Lib. 2. de diæta §. 32. t. 1. seq.
 asserit: quæcumque tosta aut assata sunt, alvum magis si-
 stunt, quam cruda, propterea quod humiditas, itemque pin-
 guitudo per ignem ablata sunt. Cum itaque in ventrem
 inciderint, humiditatem ex ventre trahunt: & Lib. de af-
 fection. §. 44. c. 41. CARNES percoctæ & exassatae, utræ-
 que debiles sunt ad robur augendum: ad secundum vero per-
 coctæ commoda sunt, assata vero magis sistunt: quæ vero
 moderatam habeat & cocturam & assuturam, bæ & ad ro-
 bur & ad secundum moderate se habent: huic testimonio
 annocto LAC. LUSITANI assertum in Med. Princ. Histor.
 L. 2. hist. 83. quæst. 49. HIPPOCRATES ad alvi profundum
 cibendum Lib. II. de diæta assata & tosta optima esse asse-
 verat, nam ventrem retinent. Sic AVICENNA 16. Lib. 3. tr.
 2. c. 7. pisces assatos & oryzam torrefactam in alvi profun-
 drio propinat: hunc assatum cibum in alvi fluxibus multi
 alii medici salubrem prædicant, velut SERIZIUS l.c. p. 576.
 idem etiam ex STRAUSSIO BONETUS in Polyalb. Lib. 4.
 c. 30. p. 590. testatur: quod in diarrhoea carnes magis assæ,
 quam elixæ comedendæ sint: quid quod DIOSCORIDES
 allegat, quod HELVETI ad alvi fluxus sistendos caseos usos
 adhibeant, qui eo turturem assūm etiam commendat, quem
 Læl. a FONTE imitatur Consult. 39. p. 231. & ad alvi adstri-
 ctionem solvendam elixa præfert: Consult. 55. p. 539. conf.
 BEHRNS Sel. diæt. Sect. 2. cap. 1. §. 7. p. 43. Etenim dum
 assutione superficies carnium & membranoso-gelatinosa
 earum substantia exsiccatur, inspissatur & incrusteratur, tunc
 sub digestione massa illa cibaria pulvaceam viscosam con-
 stentiam assumit, qua lubricam, lœvem, humidam & mol-
 lem

lein intestinorum superficiem quasi *conglutinat*, adeoque
crebram dejectionem continet & coercet; siquidem fere in
singulis subjectis contingit, ut a crebriori affatorum inge-
stione *alvina* excretio siccior, durior, parcior & tardior
reddatur, hinc carnes *assatae* durius, sicciss & firmius prae-
bent *nativum*mentum, prout in praecedentibus indicatum fuit.
Ob id etiam cibi assati illis commendantur, quorum inte-
stina a nimia humiditate & molliti flatulentis molestiis sa-
pe obnoxia sunt, conf. Joh. FIENUS Lib. de flatibus p. 43.
BEHRENS l.c. p. 43. Eodem respectu ad *Vomitum Gravi-*
darum Roder. a CASTRO de Morb. Mulier. L. 3. c. XI. assata
commendat & ab uso liquidorum pinguium dissuader.
Præterea nonnulli medici ad *Paralysem* & *convulsiones* vi-
tum *assatum*, præ elixo laudant, velut SENNERTUS ubi
borum morborum *Dietam* præscribit, DOLÆUS in *Encycl.*
med. L. 1. c. XI. BEHRENS l. all. sed quia magis ob rationes,
quaे facile pro dubiis & incertis agnoscit possunt, id judicant,
ita talis commendatio non profida & certa propagari pot-
est, ni affectus illi a causa *nimirum* humida & frigida p. n. ortum
ducant; idem etiam judicandum est de assatorum usu in *me-*
morie immunitatione sec. Læl. a FONT. Consult. f. 1. pag. 322.
Addimus adh. decisionem quæstionis an assata in *Peste* ma-
gis, quam elixa conducant, quam DIEMERBROECK Lib. 2.
de *Peste* cap. 6. f. 6. hisce verbis profert: *ridendi profecto*
sunt illi medici, qui in pestilenti constitutione diætam exqui-
sitam præscribere volentes, omnes carnes *assari* scrupulosis-
sime præcipiunt, ut hoc patio earum humiditas consumatur;
baud secus, ac si ciborum succi pejores forent illa humiditate,
quaे cum condimentis assunditur & pejores pota, qui post sic-
cos cibos necessario superbibitur. Videntur nescire, cum

cibis elixis longe commodius varias herbas, fructus, alias que res malignæ corruptioni ac putredini resistentes, visceraque corroborantes & ad feliores coctiones præparantes coqui posse, quam cum assatis: ac proinde nihil esse, quod elixitorum usum magis, quam assatorum damment. Præter hæc carnes assas laudat Piso in palpitatione cordis p. 175. in asthmate continuo p. 26. quando a serosa colluvie proveniunt.

§. IX.

Singulis hisce contemplationibus & observationibus, plurima parte practicis, hactenus allegatis & conciliatis, anneximus usum carnium assatarum salubrem in curationibus diuturnis, vel præsavorioris, vel positivis principalibus & directis; quando ad avertendum, vel mitigandum vel tollendum certum morbum Curationes successivæ sub quadam temporis mora instituuntur, aut interwalla quadam ordinantur & admittuntur, ut interea adversa valetudo melius supereretur, radicitus extirpetur & vires naturales reficiantur & colligantur: quoniam autem ut plures appetitus hominum in cibo affer suavitatem & gratiam quaerit, insuper alimenta, quæ cum oblectamento ingeruntur magis roborant, meliusve nutriunt, assatus etiam victus juxta premissam explicationem citius nutrit & reficit, ideo in ejusmodi Curationibus conjuncta Cura assatoria locum congruum invenit. Etenim quando propterea quidam elixorum laudes tuentur, hanc causam proferre sciunt, quoniam sub elixatione herbæ, fructus, semina misceri possunt, quæ concoctionem facilitant, ventriculum roborant, cnylum purificant, intestina firmant, flatus dissipant & avertunt, tunc requirente necessitate assatum variis

Stoma-

*Stomachicis, carminativis & roborantibus conspergi, aut
 frustulis aromaticarum & balsamicarum specierum trajici,
 aut succo similis qualitatis aspergi & humectari potest: huc
 pertinet consilium Laz. RIVERII Prax. L. 17. c. 3. tit. de Fe-
 bre Heptica, ita inquit: carnes elixa præferantur affis
 (videlicet in illa febre; quamvis in illa ægri communiter
 carnium esum naufea & fastidio prosequantur) quæ facili-
 lius inflammantur, & in bilem vertuntur, elixa magis hume-
 ctant. Si tamen affis æger humectetur ea minus coquenda
 sunt, & temperanda succo limonum, citrii, arantiorum, vel
 omphacio insulæ: aut in sartagine assatorium conjicantur
 folia & bacca lauri, segmenta cinnamomi, herbæ menthæ,
 majoranæ, salviæ, thymi, semina carvi, cumini, sceniculi, a-
 momi &c. ut cum gelatina & pinguedine, ab asso stilante,
 imprægnentur & frigantur, & cum hoc jure aut embam-
 mate assatura perfundatur. Sicut in nonnullis imperiali-
 bus civitatibus usu aut consuetudine receptum est, clunes
 vervecinas allii bulbis, trajicere & assare, indeque cupedias,
 aut suavissimum cibum conficere. Quoniam etiam sub
 usu & Cura Thermarum & Acidularum excretiones præc.
 alvi & urinæ augentur, præterea humores Subjectorum
 quadam tenus minuantur & consumuntur, ideo præter dia-
 tetica & pharmaceutica roborantia & stomachica etiam car-
 nes affatæ præ elixis commandantur, ne alvina excretio au-
 geatur, sed ut citius necessarium nutrimentum reparetur;
 nam reliqua humiditas hisce aquis restituitur. Denique in
 nonnullis aliis prodigiis excretionibus, velut urinæ in diabete,
 quippe ceteroquin rariori affectu, nimio sudore exceden-
 te, profusione genitrix, fluore albo, ulceribus valde mananti-
 bus, *Coryza habituali*, sub Salivatione, carnes affatæ usu suo
 medi-*

medicam efficaciam promittunt: Et tali modo usus carnium etiam assatarum non luxuriosus, sed fructuosus est: quo spectat effatum PLUTARCHI orat. 2. de eſu carn. pr. edamus carnes, ſed fame non luxuria impulſi; interficiamus animalia, ſed miſerantes & dolentes, non iñfultantes & excruciantes. Porphyrius de alſtinentia. ATHENÆUS Deipnos. L. 4. c. 12. & 23. Cœl. RHODIGINUS Lib. 28. Lect. antiqu. c. 2. Extra uſum autem medicum & elixæ & alſe carnes cum tempeſtantia uſurpentur; quo etiam pertinet illud VENUSINI Poetæ L. 2. Satyr. 2. Accipe nunc victus tenuis, quæ, quantaque ſecum afferat: imprimis valeas bene, nam varix reſ ut noceant homini credas memor illius eſe qua ſimplex olim tibi ſederit, at ſimil affis miſcueris elixis ſimil conchylia turdis. An denique cum aſſatis carnibus miracula perſuci queant, ut Georg. WALLINUS in diſquis. de Sancta Genoveſa Part. II. Sc̄l. 8. p. 208. ſq. ita ſcribit: num credibile eſt, perdiſces aſſatas, facto ſigno erucis, vivas iterum evolaffè, quod St. Nicolaus Toletanus feciſſe dicitur, plane dubitan- dum eſt. Et hæc ſunt, quæ hoc themate de Cura aſſatoria, von der Braten-Eur explicare placuit, quam conſideratio- nem Vir Perilluſtris conſummatæ eruditio-nis & inſignis bonarum Scientiarum Fautor & adjutor occaſione diſſer- rationis de Jejuniū uſu medico von der Hunger-Eur, tractan- dam & ventilandam gratioſe proponuit, cui deſiderio hoc labore, pro virium tenuitate ſatisfacere & promiſſis ego Praeſes ſtare volui. Rogamus ultimo diuinam bonita- tem, ut praefentem hanc opellam cœleſti ſua benedictio- ne comiteretur, efficiarque, ut ſalutaris uſus, dignam eam reddat, nec non exoptatus eam ſecundet fructus atque


F I N I S.



Halle, Diss.) 1748. (1)


ULB Halle
002 729 407


3



S6-

VP18





7
1748
1a

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
 DE
CURA ASSATORIA,
 Von
Der Braten-Cur;

Quam,
 AUSPICE DEO PROPITIO,
 Et Consensu atque Auctoritate Gratiosae Facultatis Medicæ,
 IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,
 PRÆSIDE

DN. D. MICHAELE ALBERTI,
 SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDE.
 CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFES.
 SORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.
 FACULTATIS MEDICÆ SENIORE,
 DECANO SUO SPECTATISSIMO,
Domino Patrono, ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,
PRO GRADU DOCTORIS
 SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE.
 GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,
 ANNO MDCCXLVIII. D. SEPTEMBR.
 HORIS LOCOQUE CONVENTIS
 PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICET
 RESPONDENS

CHRISTIANUS GOTTLÖB DEMIANI,
 MUSKAVIA-LUSATUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
 TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.